

Contenta

Formula reformationis

S. Cas. Nris de reatio.

Oratio legatorum regis Galie

Epitaphia et exhortatio regiam

Oratio in duobus

Epitaphia legum

Oratio de reatio

Oratio curie synodali

Regum de reatio

40

fo
6



Beibed. 53
6


GRATVLATIO RE

VEREN. ANTONII WRANCII, PRÆPO-
SITI TRANSYLVANI, IN NVPTIIS FE-
LICIBVS CLARISSIMI SIGISMVNDI AV-
GVSTI, REGIS POLONIÆ, NOMI-
NE SERENISS. ISABELLÆ
HVNGARIÆ, ETC. REGI.

NÆ HABITA. VIII.

IDVS MAII ANNO.

M. D. XLIII.



ANTONIUS WRANCIUS PAULO
MVRANY. S.P.D.

CVR gratulationis huius meæ in nupptijs SIGIS-
mundi Augusti, Polonię Regis habitę tam pertinaciter
exemplum ad te mitti contenderis, nõ video. Nihil enim
habet in se dignius, q̄ q̄ ex sententia Regine meę habitã
putem. Misi tamen, vt mutę nostrę amicitie, cui ambo
nihil vnquã negauimus, morę geram. Ceterũ oro vehes-
menter, ne cuipiã eius feceris copiã. Nam etsi fortasse a-
ptius recitata placuit, vereor tũ ne pensitatus lecta displi-
ceat. Porro iudicia publica, quibus nõ omnes lite-
rati scripta sua feliciter cõmittunt, q̄ varia sem-
per, quam sepe iniq̄ consueuerũt esse, non ig-
nõras. Vale Cracouię. xvij. kal. Iunij.
M. D. XXXXIII.

PAVLVS MVRANY DE TORNA, AN-
TONIO VRANCIO. S. P. D.

INiccit mihi cupiditatem legendę orationis tuę, in pompis nupti-
alibus, Serenissimi Principis Sigismundi Augusti, Regis Pos-
lonię &c. habitę, nõ aliqua curiositas, Sed ipsum ius amicitie, quo
honestã omnia, nobis ducimus esse communia. Habeo igitur tibi
gratiam, quod eam mihi communicaueris. Accidit tamen vt do-
mestici quidam mei, præter opinionem omnem, ac volũtatem me-
am, transcribendam alijs traderent. Eam cũ intellexissem per eos
esse publicatam, egertime admodum tuli. Sed quod iam factum
fuerat cogitauĩ infectũ fieri non posse. Et concessi tandẽ petẽtibus
ipsis, vt imprimeretur. Rogo igitur, vt hanc meorũ importunitatẽ
quę quidem incuria mea accidit, nostrę mutę amicitie, p tua
modestia condones. Vale. Cracouię, 22 die Maij.

ANNO 1 5 4 5.

GRATVLATIO RE-

VEREN. ANTONII, VRANCII PRÆPO-

siti Transilvani, in nuptijs felicibus Clarissimi

SIGISMVNDI AVGVSTI, Regis

Polonię : nomine Sereniss. ISAbellę

Hungarię &c. Reginę habita.

VII. Idus. Mall. M.D.XLIII.

QVoniam inusitatum est, & humanę nature profus
contrarium, clarissime, ac præstantissime Rex, posse
se in eadem cordis sede læta, atq; tristia æquo iure com
morari, graue equidem, ac difficile munus, videor mihi
hodierna die suscepisse. Etenim optime Isabellę Hunga
rię Reginę viduę principis meę clementissime, tuę M.
amantissimę, pariter, ac studiosiss. sororis gaudium, &
gratulationē ad te de his faustissimis tuis, ac inlytę spon
sę tuę Elisabeth affero nuptijs. Sed quum eius in pere
unte regno (ne luctuosę viduitatis intempestiuus com
memorem incommoda) dubium statum, afflictam cõ/
ditionem, & pene omnes meliores spes accisas, cæteraq;
aduersa, calamitates, ac pericula, quibus iam pridem acer
rimē fatigatur, intueor, quod gaudium, quam letitiam ei
tribuere debeam, non facile reperio. Vbi vero alia ex
parte amorem eius incomparabilem, sincerā animi vo
luntatē, & propensum pietatis affectū, quo vtrumq; pa
rentē pientissimū, te fratrem vnicū, eumq; suauissimū per
spicuis indicijs, & manifestis argumentis prosequitur,
mecum expendo, nullum apud eam tristitię locum esse
certissimo iudicio contenderim. Nam quū tua Maiesta

te nihil habet in vita dulcius, nihil amabilius, nihil huius
tue nuptialis leticię habuit exoptatius, citra omnem am
biguitatem credibile est, omnes eam suas afflictiones se
posuisse, & presenti tuo gaudio, ac iocunditate animū
exhilarasse, quippe quem ea cogitatione, eo desiderio vi
dendi absentem complectitur, vt exoculari penè coram
videatur, habens incolumitatis tue, felicitatisq; lōge ma
iorem q̄ conditionis, ac vitę suę rationem.

Quapropter etsi fraterni iure vinculi semper q̄diu
cōmuniū parentū Maiestates ac tua claritudo immorta
lis Dei bñficio superest, semp̄ inquā lætatur, & minus
humanis casibus tãgitur, hodierna tñ tue M. nuptiarū
celebritate ita gaudet, ac lætat, vt exultet potius & læticia
nimis qdē redūdanti in iubila etiā quodāmodo rapiat.

Quo fit vt mihi quoq; tanto gaudio gratulationiq;
eius M. exprimendæ, ardua prorsus res est, & ingens ne
gotium. Nec vllō me humano conatu iniunctę prouin
cię pro magnitudie, ac dignitate sua puto satisfacere posse,
e, præsertim si tua M. plus meam dicendi iciumam fa
cultatem, quā iucundissime sororis propensissimum
certè in se animum, & præcipuam fidem, ac singularem
obseruantia attendere voluerit. Nemo enim dubitat alie
næ mentis conceptus, ipsamq; animorum energiam re
ferre sua efficacia, inprimis esse difficile. Quod & in me
quanq̄ Serenissima Regina mea credidit posse cadere,
enixurū tamen ad officium, debitè exequendū confisa est.

Igitur quoniā hæc ipsa læticia, quū sit tuæ M. ac Sere
niss. eius sponsę prima, & propria, suam tamen secūdo
loco præcipuam, & peculiarē ducit. Sic, vt ad hanc vestri
auspicatissimi coniugij festiuitatē facile, & libentissime
per se ve

p se venisset, vt eã p̄sentia sua cumulare, suisq̄ viuis vo-
cibus gaudiũ, et gratulationem corã exprimere, vestrisq̄
Maiestatis omnia fausta, fœlicia, optimorũq̄ successu
um sempiternos cursus p̄cari potuisset.

Verũ postq̄ id per statum suũ, aduersum profecto
plenum periculi, & incerta spe fluctuantem consequi, ac
præstare non potuit, me ad Maiestates vestras cum hoc
gratulationis munere designauit, ac misit, addiciẽs in mã
datis, vt clarissimis vestris conspectibus admotus, omni
cum honore ac veneratione & quã plenissima cum læ-
tabundi cordis significatione, vicem eius Maiestatis in
gratulando diligenter obirem.

Quare Sigismunde Auguste, augustissimæ expecta-
tionis Rex, magnorũ, ac fortiũ Regum, Ducumq̄ gen-
tis Iagellonę vetustissimæ, & nobilissimę certissima spes
dignaq̄ proles maioribus. Tuq̄ Elisabeth Regina am-
plissima multorũ tum Imperatorũ, tum Regum, Prin-
cipumq̄, ac domus Austriae inclyta, optima & pulcher-
rima soboles, nũc iam et clarissimi Regni Poloniae sin-
gulare ornamentũ, habetote persuasum, q̄ vestra isthac
hodierna coniugalis necessitudinis celebritas diuturnũ sa-
nẽ luctũ, ac mœsticiã Reginae meę, qua iam inde fermẽ
à triennio non solũ languet, & frangitur, sed qua dudũ
vix etiam nõ contabuerit, coplacauit & absterfit. Vtinã
& melioris fortunæ initiũ afferat. Quũ alioqui nihil tã
amplũ, nihil tam gloriosum, nulla tam insignis ei fœlici-
tas contingere possit, quam sibi cũ vestris Maiestatibus
cõmunem nõ putet, suaq̄ omnia læta, omnia summa atq̄
optima, ex vestra, cõmuniũq̄ parẽũ salute nõ metiatur.

Eius itaq̄ Maiestatis nomine, Spõsi principes ampli


simi, vobis de hoc faustissimo conubio, deque hac corporum,
animorum voluntatum, familiarumque Austriacae cum Jagellona, ad
Catholicae fidei conseruationem, & Christianae rei firmitu
dine, sanctissima coniunctioe, auctae affinitatis gratulor,
Gratulor etiam tam tuis Sigismunde Auguste, quam eius
quos tecum habet communes, charissimis parentibus, quibus
licuit te tam insigne pignus certissime posteritatis generi sue
procreasse, & trium iam liberorum vidisse, ac celebrasse Hy
menaeos, hosque potissimum, quos quidem ad commodum, tran
quillitatemque, & nostrae Hungaricae nationis (sic enim spe
ramus) & non paucorum populorum, huiusque imprimis no
bilissime tuae patriae salutem, consolationem, quietem, ac decus
hodierna dies copulauit, gratulor inquam, vobisque summis,
ac omnibus votis praecor, vt Deus Opt, Max. oim gen
tium, ac rerum creator, & perfectorum donorum largitor, sicut
vos hodie benigne & Christiane pro sua diuina provide
tia, nexu matrimoniali, atque amore coniunxit, ita omni p
speritate rerum, omnibus pro voto successibus, eaque inco
lunitate, ea fecunditate donet, vt et filios vestros, filiorumque
vrorum filios, quique nascetur ab his videatis, & in offensa
diuturnitate generis, longissimam, latissimamque nepotum seriem,
cum regni huius vestri, tum totius Reipublicae Christi
anae beneficio feliciter propagetis.

Quod vero reliquum est, Elisabeth Regina Serenissima, nul
lum dubium est clementissime Reginae meae, Maiestatem tuam &
scire, & contemplari, quod statu rerum, ab obitu charissimi coniu
gis sui, Ioannis Regis sit conflictata, & exercita. Vnde si
acerbissimorum casuum varietates, fortunae mutationem, im
mo assidua, & suprema pene singula eius discrimina, la
bores, angustias, merores, gemitus, lachrymas, curas, me
tus ac

tus ac igētia detrimēta recēdere voluero, gratulatorij mu-
neris, quod præsēntis leticiæ celebritas postulat, exced āli-
mites, quū eius vita pculdubio (mibi credite) ipsa est cū
duris, tristibus, & aduersis colluctatio,

Quid em̄ aliud existimari debet optimi mariti statim
pene ab ipsis tēdis tā repentina priuatio, quā incredibilis
dolor, & perpetuus luctus? O quantū mox ānua illa Bu-
densis obsidio etati eius detraxit. Quantū eiusdē vrbis,
Regiē sedis eius tā indigna, ac fraudulenta interceptio,
opū, Maiestatisq; ademit? Quātū itē cum paruulo filio
suo, orphano nepote v̄ro, nec p dignitate, nec pro cōmo-
do etiam nunc incertis, & male tutis sedibus pegrinatio?
Quantū postremo intestinē seditioes domi, foris mul-
torū hostiū, ac p̄sertim Valachorū insultus, & superba
Turcarū impia, captioēs q; verius q̄ fideles aicitie affligūt
vexāt, conficiūt? Moderabor equidē verbū. Sed ea Ma-
iestatē ipsius nunc habet conditio, vt si & vobis, et proge-
nitoribus suis facies eius intueri daretur, principem esse
vix agnosceretis. Verum eius Maiestas, habita ratione
tā sui, q̄ charissimorū parentū, ac Maiestatū vestrarū ho-
noris, & quid eā deceat in hac præsēnti celebritate, tanto-
rū principū, & summorū virorū illustrata cōfessu, non
ignara, munus hoc, nō quale debuit, ac voluit, sed quale po-
tuit ex afflictē viduitatis solitudine, misit ex corde tuę ma-
iestati Serenissimę, quod vt hilari animo, & quo charissi-
ma soror, ā sorore charissima solet, accipiat, eōq; in
recordationem ipsius amāter vtatur, etiam
atq; etiam cupit, & petit. DIXI.

Crac. apud Hic. Viet, 25. Maij. M. D. XLIII.



Christoph. P. Vic. Mag. M. D. XLIII.